Halle Marienbibl. Terenz
fol. 4v

SIMO. Vos ista haec intro auferte. Abite. Sosia ades dum. Paucis te volo.

SOSIA. Dictum puta. Nempe ut curentur recte haec. SIMO. Immo aliud. SOSIA. Quid est quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius. SIMO. Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro. Sed his quas semper in te intellexi sitas. Fide et taciturnitate.

SOS. Expecto quid velis. SIMO. Ego postquam te emi a parvulo. ut semper tibi apud me iusta et clemens fuerit servitus scis. Feci ex servo ut esses libertus mihi propterea quod serviebas liberaliter. Quod habui summum pretium persolvi tibi.

SOS. In memoria habeo. SIMO. Haud muto factum.

SOS. Gaudeo. Si quid tibi feci aut facio quod placeat Simo. et id gratum adversum te habeo gratiam. Sed hoc mihi molestum est. Nam ista haec commemoratio quasi exprobratio est inmemoris beneficii. Quin tu uno verbo dic quid est quod me velis. SIMO. Ita faciam. hoc primum in hac re predicto tibi. quas credis esse has non sunt vere nuptie.

SOS. Cur igitur simulas. SIMO. Rem omnem a principio audies. Eo pacto et gnati vitam et consilium meum cognosces. et quid facere te in hac re velim. Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia. liberius fuit vivendi potestas. Nam antea qui scire posses aut ingenium noscere dum aetas metus magister prohibebant. SOSIA. Ita est.

SIMO. Quod plerique omnes faciunt adulescentuli ut animum a...

Pythagoras humanam vitam per Y litteram descripsit. cuius ultimam partem assimilavit adolescentie. que impedimento etatis et metu magistri recta est. Sed postquam ab adolescentia exierit dividitur. [illegible] sinistre partis que deterior est et facilis prebet ascensum vitam signat [illegible] que ampla est. dextre vero que arduus est et difficilis ad ascendendum vitam virtutum. [illegible]

Cum Simo nuptias simularet se velle celebrare servi illius [illegible] detulerunt [illegible] quidam pisces. quidam aves. quidam vinum [illegible] et [illegible] talia. que omnia precepit intro aliam domum deferri.

Ista haec nomen terentio dissilabe pronuntiandum [illegible] cum diptongo. [illegible] hec ista. [illegible] istud. [illegible] hoc.

Sosia ades [illegible] antequam longius recedas paucis te volo. Iste sosias eius servus fuerat [illegible] cum libertum commendans [illegible] que in domo [illegible] prandebant. [illegible] ergo [illegible] a domino [illegible] aliquid velle dicere [illegible] ad ministerium eius [illegible] hoc dictum [illegible] quasi iam dictum habeas. Scio enim quid vis. [illegible] ille cogitabat [illegible] filii causa.

D. M.
Simulamus nota dis simulamus ignota

degens. optatū expleuit geniu. Quo pacto ut libuit. statim egressus e. remeans ad ppria. Quod dum agnitū esset p phedria ancillulam. quā reliquerat thais ad custodiendam domū. ille uetulus eunuchus adhuc in dutus uestib. adolescentis in domū phedrię domini sui cōprehensus est. Statimq; flagellis afflictus. confessus est ordine rei. qd adhuc latebat phedria. At cetera que ipse comicus urbanissime dilatat sequētia plegens animaduertere quibit

PHEDRIA

PHEDRIA. QUID IGITUR FACIAM. Non eam ne nunc quidem. cum accersor ultro. An potius ita me comparem. non pperti meretricū contumelias. Exclusit. reuocat. Redeam. Non. si me obsecret. PARMENO Siquidem hercle possis. nihil prius neq; fortius. Verū si incipies. neq; pficies nauiter. Atq; ubi pati n poteris. cū nemo expectet. infecta pace ultro ad eam uenies. Indicans eam te amare. & ferre non posse. Actum est ilicet. peristi. eludet. ubi te uictum senserit. PHEDRIA Pro in tu dum est tempus. etiam atq; etiam cogita. PARMENO Here. que res in se neq; consilium neque modum habet ullum. eam consilio regere n potes. In amore hęc omnia insunt uitia. Iniurię. Suspitiones. Inimicitię. Indutię. bellum. pax rursum. Incerta hęc si tu postules ratione certa facere. nihilo plus agas. quā si des operam. ut cum ratione insanias. Et qd nunc tu te tecū iratus cogitas. Egone illam? Que illū? Que me? Que non? Sine modo. Mori me mali. Sentiet qui uir sim. hec uerba una me hercle falsa lacrimula. quam oculos terendo misere uix ui expresserit. restinguet. & te ultro accusabit. & dabis ei ultro suppliciū.

PHEDRIA O indignū facinus. Nunc ego & illā scelestam esse. & me

Iste iuuenis dum uenisset ad domū meretricis quę uocabatur thais. nec eā ab eam intromissus. qm aliū concinalē suū socū habebat. nimiū indignans reuersus est ad domū suā. cepitq; ita furibundo loqui ad parmenonē seruū suū. Quid faciam modo. Etiā si me obsecrauerit thais ut ueniā in domū ei'. que modo exclusit. n ideo ueniā. Tū parmeno seru'. Si inquit hercle possis te continere ab ea. ut eā non adeas. neq; melius neq; fortius umquā agere poteris. Verū si incoeperis te ctinere. & cōtinere postq; stimulat' stimulo ardoris ultro ad eā ueneris. actū ē. Statī. captus eris ab ea.

Singula commata est semp eclipsis.